

2 STUDII JURIDICI

constat: Ita Chymici multis circulatiō-
nibus spiritum vini volatilissimum red-
dunt , & multis distillationibus ac co-
hobationibus cum menstruo , ipsa me-
talla supra alembicum itura communi
consensu docent. Laminas etiam multis
flexionibus habitum certo modo resi-
liendi acquirere, docuit in Elementis de
corpore *Tb. Hobbes.*

I. 4. Bruta docilia esse, dubitare non
potest , qui vel *Hier. Rorarii* libellum,
quòd bruta ratione utantur melius ho-
mine , vel *Pliniana* Elephantis funam-
buli miracula, vel Elephantis Canisque
Panegyricos in *Lipſi* Epistolis legit.
Quæ omnia credibilia fecit Viennen-
se nuperum choreas ducentium equo-
rum specimen.

I. 5. Cumque infantes extrinseco ra-
tionis usu primis annis à brutis parum
differant, informatores eorum à bruto-
rum doctoribus nonnulla non incom-
modè mutuabuntur. *Habent enim* pe-
culia sua articia magistri equorum,
canum,